



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De pace cordis. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

252 S. BONAVENTURA  
avaritia pecunias, & diuersa ædificat, & de-  
struit, & acquirit. Qui ergo bonum hospitem  
Christum non vult effugare de hospitio cordis  
sui, inimicos eius, scilicet vitia secum non re-  
cipiat. Quæ enim conuictio Christi ad Belial.  
*2. Cor. 6, 14.*  
Et quis consensus templo Dei cum huiusmo-  
di idolis? Si citius eiicis hostem de urbe tua,  
securus eris. Si tardè obstat ei, invalescit contum-  
re, & capiet urbem, & occidet te. Sic de cogita-  
tionibus malis. Curiositas, quæque pulchra &  
curiosa depingit. Gula mensas amplas, & va-  
rios ciborum & potuum apparatus. Luxuria  
etiam quæ sibi congruunt fantasticè depingit.  
*Ezecl. 8, 10.*  
Hæc sunt idola quæ Deus Ezechielis iorra pa-  
rietem templi depicta ostendit, quæ etiam ab-  
ominationes appellavit. Hæc de templo cor-  
dis nostri sollicitè detergamus, ne siamus Deo  
abominabiles, sicut & illa sunt. Ierem. Usque-  
quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

*De pace cordis.*

CAP. XVI.

*III.*  
*Exercit.*  
*Cor paci-*  
*ficum sem-*  
*per haben-*  
*cum omnibus habere studeamus. Quod*  
*cōsistit in duobus, ut nulli malū facere vel cu-*  
*pere studeamus, ut si quis nos in aliquo offen-*  
*dat, patientiæ scuto utamur. In medio prælii*  
*versamur, & difficile est quin saepe iacula super*  
*nos mittatur tam verborum acutorum, quam*  
*factorum nobis molestorum, & à superiori-*  
*bus nostris durorum imperiorum & increpa-*  
*tionum, quibus clypeum patientiæ opponere*  
*debemus, quem clypeum, ut impenetrabilior*  
*sit inimici iaculis, munire debemus sanctorū*  
*martyrū & aliorum honorū exēplis, quasi pel-*  
*libus animaliū mortuorū. Iacobus: Exemplum*  
*accipite fratres exitus mali, & longanimitatis,*  
*labo-*  
*Ezecl. 5, 10.*

DE PROF. RELIG. LIB. II. 253  
laboris & patientiae, prophetas. Ecce benedi-  
cimus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob  
audistis & finem Domini vidistis. Semper er-  
go muniti incedamus contra iacula verborum  
& ictus factorum aduersorū: ut pacem quam  
exterioris non possumus in hac via sperare du-  
rabilem, saltem intus per patientiam conserue-  
mus. Luc. In patientia vestra possidebitis ani-  
mas vestras. Luc. 21, 19

*De parcitate vtendi his que sunt mundi.*

CAP. XVII.

**Q**UARTVM est, ut quanto parciūs potest Exercit. Mundanis rebus par-  
quis, quæ sunt mundi vtatur & habeat &  
cupiat. Alienā à nobis sunt omnia mundana: cissime utendum.  
quia nec naturæ nostræ sunt, nec à nobis facta,  
nec diu nobiscum mansura, nec salus nostra in  
ipsis cōsistit: & ideo habemus ea quasi à mun-  
do mutuata, pro quotidiana, imò pro cōtinua  
& graui usura sollicitudinū & laborum. Quan-  
tam putas Principes & Potentes & diuites hu-  
ius seculi usuram omni tempore exoluere pro  
mutuo suo, anxietatis & occupationis & affli-  
ctionis? & quomodo ambiant aliena, quomo-  
do augeant vel custodiant sua, quæ timet per-  
dere per amicos & inimicos, per fratres, uxo-  
res & filios? A Potentiōe timent violentiam,  
ab inferiori furtum, ab æquali fraudem. Nulli  
ad plenum confidit auarus, omnes suspectos  
habet, nec tamen potest eorum carere consor-  
tio: & ideo nullum potest verè diligere, cùm à  
nullo se verè suscipiat. Timor enim  
suspiciosus non est in perfecta dilectione. Ti-  
met de rebus, timet de corpore propter sub-  
stantiam: & tot timoribus plenus non potest  
utiliter timere de anima, de qua tamen maxi-  
mum periculū adhuc restat. Sicut enim Prin-  
cipes